

17 Index Ecclesiasticus deputandus ab eo, ad quem pertinet, suas vices ad hunc effectum ei delegante. Idem ib. Superior Regularis in casibus nullitatis professionis

non admittitur ad iudicium ferendum, quum causa apud S. Sedem iudicatur quacumque de causa. Idem ib. Etiam si agatur de causa infra quinquennium promoti. Id. ib. Superiores Regulares, & non Parochi, debent ex-

nam sine omnium, quæ conducentia æstimantur, cognitione, erit impossibile, fructum consequi necessarium; & quamvis A. aliquis in locis summam pertingat, quod perneceesse est astandum in perfecta harum causarum discussione, consentaneum censetur, insinuationem efficere, quorum defectu stante, nullitatis argueretur eorum formatio, nullumque effectum produceret; causa si super professionis nullitate in publicum redigatur, dummodo quædam, ubi nempe Professus intra illius decursum reclamaverit, sed iudicium prosequi deinde neglexerit, aut nequiverit. Decretum est autem ab eadem Congregatione coram præfatis Iudicibus à Concilio memoratis agenda esse causam, etiam post elapsam quinquennium, dummodo satis constet eam intra præscriptum tempus à reclamante intentatam fuisse. Et ipsis autem Iudicibus pro-hujusmodi causarum cognitione à Sancta Synodo designatis per ea verba, coram superiore suo & ordinario, complures similiter motæ sunt quæstiones, quæ majori eorumdem verborum elucidationi causam dederunt. Et primò quæsitum fuit, quisnam censendus esset Superior Regularis in casu, & ad effectum de quo agitur, utrum scilicet Provincia Rectör, an Generalis Ordinis moderator. Congregatio autem ejusdem Concilii interpres diffiniit esse Superiorem localem, nimirum Abbatem vel Guardianum, sive Priorem, aut alio quocumque nomine nuncupatum Præpositum, seu Rectorem illius monasterii, aut cœnobii, in quo reclamans professionem emisit; eum nempe, qui hujusmodi monasterii, aut cœnobii regimen exercet, quo tempore causa super nullitate professionis in iudicium deducitur. Quæsitum item fuit, quisnam Monialium proprius Superior dicendus sit ad effectum iudicandi una cum Ordinario de eorum professionis nullitate. Respondum fuit, quod si agatur de Monialibus Ordinario loci immediate subiectis, tunc, quam nullus sit eorum Superior Regularis, solus Ordinarius iudicat de professione reclamantium intra quinquennium: si verò Moniales Regularium regimini subsint, tunc hujusmodi causæ iudicandæ sunt ab Ordinario loci simulque à Superiore Regulari; ab eo nimirum, cui conceditum est universum monasterii regimen, non autem à Confessario Regulari Monialium. Dubitatum est etiam, utrum Superior Regularis jus suum cedere possit Ordinario loci, eique permittere, ut in hujusmodi causis solus procedat, & iudicet: id autem prædicta Congregatio fieri posse negavit, permisit tamen Superiori Regulari, ut si iudicium assumere nolit, aut non possit, alium subrogare valeat, vel Regularem, vel etiam ecclesiasticum secularem juris canonici peritum, qui una cum Ordinario Iudicis partes exerceat. Denique quæsitum fuit si fortè Ordinarii, & Superioris Regularis iudicia inter se discrepantia extiterint, quodnam ex ipsis alteri prævalere debeat; at in hoc casu responsum fuit, causam ipsam ad Apostolicæ Sedis iudicium devolutam censi. Quum vero inter capita nullitatis professionem Regularem irritantia, unum etiam adnumeretur, si nempe aliquis professionem emisit in cœnobio ad Novitiorum institutionem minime destinato, in his tamen locis in quibus rec. mem. Prædecessor noster Clemens Papa VIII. decreta de Regularibus à se edita vim habere mandavit; si quis ex hoc capite professionem à se factam intra quinquennium impugnare voluerit, aut etiam si Religio intra idem quinquennium postulaverit alicujus professionem ex hujusmodi capite irritam declarari, decretum extat à fel. record. Urbano Papa VIII. altero Prædecessore nostro, iustis, & gravibusque de causis, ac de consilio præfate Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, editum die 5. Januarii 1636. incipiens: Ad occurrendum: quo statutum fuit hujusmodi causas ad eandem Congregationem privative pertinere. Hæc sunt potiora in genere decreta ex regestis prælaudatæ Congregationis excerpta, quæ licet aliis à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Apostolica auctoritate non semel approbata fuerint, & confirmata: Nos tamen eadem præsentium

literarum tenore, atque auctoritate simili, novo approbationis, & confirmationis nostræ robore communimus atque ab omnibus, ad quos spectat, seu respectivè spectabit impostero, pro regula haberi, ac plenariæ executioni demandari precipimus. Quibus ita constitutis, firmataque pertinentia causarum, quæ intra quinquennium à die professionis emissa adversus illius validitatem introducuntur, consequens est, ut & ea indicemus quæ de ordine, ac methodo in hujusmodi iudiciis servanda; à Majoribus sapienter constituta sunt, tum ea proferamus, quæ Nos ipsi opportunè addenda censuimus, quæque pari auctoritate, ac præsentium literarum vigore perpetuis futuris temporibus servari volumus, & mandamus. Jam de ipsa hujusmodi causarum introductione notum est decretum ejusdem Concilii Tridentini cit. sess. 25. cap. 19. Regular. Ut si quis antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quancumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tamquam Apostata puniatur, interim verò nullo privilegio sue Religionis juret. Ex quo sequitur Regularem postulante iudicium fieri de sue professionis nullitate, ab ipso iudicij limine repelli, nisi constet eum in Religione sue claustris morari, & habitum Regularem resumpsisse, si ipsum antea deposuerit. De probationibus verò, licet non ignoremus, apud Superiores Regulares, Ordinariosque locorum usu receptum fuisse, in re tanti momenti iudicia sua fundare in extrajudicialibus, atque attestationibus quantumvis juramento firmatis, quæ ad perpetuum dicuntur, hoc tamen de cetero usurpari prohibemus, volentes, atque districte mandantes, ut ad astruendas probationes hujusmodi causis necessarias verus iudicialis processus omnino conficiatur, in quo & articuli exhibeantur ex parte illius, qui adversus professionem agit, & interrogatoria dentur ab ea parte, quæ stat pro ipsius professionis validitate, & testes tam super articulis, quam juxta hujusmodi interrogatoria examineantur; utque forma non servata processus ipse, & sententia dependenter ab eo prolata insanabili nullitate vicio corrumpere censeantur; salva etiam dispositione juris communis quoad alia nullitatis capita, si quæ fortè in ipsa processus compilatione intervenerint. Sub eadem poena nullitatis decernimus, atque statuimus ut in hoc iudicio citari, aut audiri debeant tum Defensores monasterii, seu cœnobii, in quo Professus vota Religiosa suscepit, tum ipsius Professi consanguinei, sive propinqui, sive alii, quibus bona sua donavit, aut cessit, uno verbo, omnes, quorum interest illius professionem sustineri: in primis autem ii citentur (si superstitis fuerint) qui iudicati erunt tamquam auctores, aut complices metus eidem incussi, ut votis invitus se obstringeret. Quemadmodum vero in citata constitutione nostra, quæ incipit: Dei miseratione: decrevimus; ut in singulis diocesis ab Ordinario deputari deberet aliquis probitate, ac doctrina commendatus, cujus officium esset in causis matrimonialibus in iudicio stare pro validitate matrimonii, ita nunc omnibus, & singulis locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut personam aliquam similibus qualitatibus præditam in suis respectivè Diocesis eligant, cui Defensoris professionum munus imponant, atque huic omnia demandata, injuncta, & respectivè applicata esse censeantur quæcumque Nos in præcatis literis de matrimonii Defensore statuimus: Nos enim eadem omnia, & presentium tenore, ad hujusmodi professionum Defensores expressè extendimus, & respectivè applicamus, & quoad istos pari modo locum habere decernimus. Id solum peculia-

quiere à suis familiaribus, & continuis commensalibus, eisque actu inserentibus, an præcepto Paschalis Communionis satisfecerint. Sic Sac. Cong. Conc. ex Bullario Ord. Prædicatorum tom. 7. p. 322. constit. 69.

SUPERSTITIO.

SUMMARIUM.

- 1 SUPERSTITIO unde dicta, & quid sit.
2 Superstitio est duplex, una ratione rei cultæ, & alia ratione cultus, & quæ utraque sit.

intra quinquennium à die quo illa sit emissa, intentetur, & ipsiusmodi Superiori Regulari, erit ventilanda, nisi qui intendit, de Monialibus loquendo, nullum alium præter Ordinarium cognoscat, vel sit subiectus, adeo ut neuter in primo casu solus procedat, nec determinabit: duo semper Iudices erunt ad utrumque; quia si Localis Regularis nequeat causam assumere, subrogatur pro Defensore professionis in presentibus stantentes, ut scilicet quicquid pro ipsius honorario, aut mercede, sive pro expensis in defensione cause occurrentibus eidem præstandum esse iudex prudenter arbitratu fuerit, id omne ab illis exolveri debeat, quibus à Professo renuntiata fuerunt bona in Religione ingressu dimissa; si verò hi non existant, aut si Professus nihil renuntiandum habuerit, ipsa Religio, quatenus ex illis sit, quæ temporalia bona possident, ad hujusmodi solutiones teneatur. Si autem nec adsint bona renuntiata, nec Ordo Regularis de quo agitur, quidquam possideat, tunc Defensori professionis satisfiat ex pecuniis multarum illius tribunalis, in quo causa agitata fuerit, sive alterius, prout in aliis prædictis literis nostris de matrimonii Defensore statuimus. Lata demum sententia à Superiore Regulari, & ab Ordinario loci, si ea pro validitate professionis pronuntiata fuerit, neque professus appellationem interponat, causam finitam esse non dubitatur. Si verò Professus ad iudicem secundæ instantiæ appellaverit, vel etiam ulterius eadem causa retractanda fuerit, in omnibus hisce Iudiciis volumus similiter Defensorem professionis esse officio deputatum intervenire, eodem propterea modo, qui in citata constitutione decrevimus, Defensorem matrimonii in secunda, & ulteriori instantia iudicio semper adesse. Ac sicuti præterea statuimus hujusmodi Defensoris partes esse à sententia iudicio primæ instantiæ pro matrimonii nullitate lata alterius instantiæ iudicem provocare, & formam prosequendi iudicium in ulterioribus hujusmodi instantiis præscripsimus, ita porro volumus, ut Defensor professionis à sententia in prima instantia pro nullitate professionis edita appellare omnino debeat; atque in secunda, seu ulteriori hujusmodi causarum revisione, eadem omnia volumus observari, quæ pro causis matrimonialibus in eadem constitutione mandavimus. Quemadmodum denique legitimis poenas idem constituimus adversus eos, qui post unicum obtentam sententiam pro prioris matrimonii nullitate, sive pendente appellatione, sive ea per incuriam, aut fraudem defensoris, non interposita, ausi fuissent novas nuptias contrahere; atque decrevimus nemini licere ad altera vota transire, nisi duæ saltem sententiæ conformes pro nullitate prioris matrimonii emanaverint: ita si quis in Ordine Regulari Professus post unicum sententiam favore nullitatis professionis pronuntiata, sive pendente, sive ommissa culpabiliter appellatione, & claustris exire, à Religione discedere, quodque magis est, habitum Regularem abjicere præsumperit, volumus, atque statuimus omnibus eum poenis, atque censuris à sacris canonibus, & constitutionibus Apostolicis contra Apostatas latis, atque sanctis, subjacere, & obnoxium esse: decernentes pariter in hujusmodi causis de professionis nullitate, liberum Professo non esse à Religione migrare, nisi duas saltem obtinuerit sententiæ conformes, quibus ab eo emissa professio nulla, & irrita declarata fuerit. Et primæ quidem instantiæ Iudices super validitate professionum, quæ intra quinquen-

- 3 Superstitio ratione cultus dividitur in tres species, scilicet in superstitionem cultus falsi; in superstitionem cultus superflui, & in superstitionem cultus indecentis.
4 Superstitio cultus falsi que sit.
5 Superstitio cultus superflui que sit.
6 Superstitio cultus indecentis que sit.
7 Superstitio ratione rei cultæ dividitur in quinque species, nempe in idololatriam, magiam, divinationem, vanam observantiam, & maleficium.
8 Idololatria quid sit.
9 Idololatria est triplex, & assignatur.
10 Magia est duplex, nempe naturalis, & superstitiosa, seu diabolica, & quid sit magia naturalis.

coram Ordinario territorii, ubi Conventus consistat, & intendit, de Monialibus loquendo, nullum alium præter Ordinarium cognoscat, vel sit subiectus, adeo ut neuter in primo casu solus procedat, nec determinabit: duo semper Iudices erunt ad utrumque; quia si Localis Regularis nequeat causam assumere, subrogatur pro Defensore professionis in presentibus stantentes, ut supra dictum est, Superior Regularis, simulque Ordinarius loci esse debent. Si verò eadem cause in secunda, aut ulteriori instantia sint discutienda, statuimus, inherentes antiquis quibusdam sæpè dictæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum decretis, quæ pariter tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ut cause hujusmodi ad eos iudices devolvantur, ad quos de jure aliz omnes cause ecclesiasticæ post sententiam Ordinarii in gradu appellationis respectivè devolvuntur; ita tamen ut hi quoque Iudices, sicuti Ordinarius in prima instantia una cum Superiore Regulari processit, sic, & ipsi procedere, & iudicare debeant una cum Superiore Regulari, non quidem illius monasterii in quo reclamans professus est, sed alterius monasterii ejusdem Ordinis in eorum civitate, aut diocesi existentis, vel eo non extante, cum Superiore vicinioris monasterii ejusdem pariter Ordinis, seu cum alia persona ecclesiastica, cui juxta præmissa, Superior ille, ad quem pertinet, suas vices ad hunc effectum delegaverit. Si autem hujusmodi cause in secunda, aut ulteriori instantia ad Sedem Apostolicam devolvantur, & à prædicta Congregatione Concilii sive altera super consultationibus Episcoporum, & Regularium, aut denique ab auditorio Rotæ, ut respectivè assollet, discutenda fuerint; nullus erit locus ad iudicandum Superiori Regulari, qui neque tunc ad ferendam sententiam admittitur, quum ab eadem Congregatione Concilii juxta relatum superius Urbani Prædecessoris decretum, examinanda fuerit, etiam intra quinquennium, validitas professionis ex eo capite impugnata, quod factam fuisse asseratur in monasterio, aut cœnobio Religionis Tyronibus institutis minime addicto. Hactenus de iudiciis super nullitate professionis, quæ intra quinquennium à die ipsius professionis emissa introducuntur; de quibus hoc etiam declarando decernimus; ut quæcumque in superioribus statuta sunt, ea omnia locum habere, & observari debeant etiam in Curia S. R. E. Cardinalis nostri, & Roman. Pontificis pro tempore in Urbe ejusque districtu Vicarii in spiritualibus Generalis, quoties hujusmodi causa intra idem quinquennium in ipsius tribunalis ordinario iudicandas esse contingat. Jam vero videndum est de ejusdem generis causis quæ post elapsum quinquennium hujusmodi in iudicium adducuntur. Porro quum Sancta Tridentina Synodus post quinque annos ab emissa professione transactis omnem aditum ad reclamandum Professus interclusum esse sanxisset per ea aperta verba superstitis relata: Non audiat nisi intra quinquennium à die professionis; adeo inherendum hujusmodi sanctionis literæ duxerunt majores nostri, ut sub præ mem. prædecessore nostro Gregorio Papa XIII. decretum fuerit, ac veluti pro regula statutum nullius cause introductionem super nullitate professionis, elapso quinquennio, admittendam esse, etiamsi professio per vim, & metum facta diceretur, atque probari vellet hujusmodi vim, & metum toto quinquennio tempore per-

- 11 Quid sit magia superstitiosa, & diabolica.
- 12 Divinatio superstitiosa sit semper per pactum expressum cum, vel implicitum cum demone, pluresque continet species, quae hic assignantur.

- 13 Prima divinatio speciosa est praestigium, & quid sit.
- 14 Secunda est Necromantia, & quid sit.
- 15 Tertia est Geomantia, & quid sit.
- 16 Quarta est Hydromantia, & quid sit.

Quin-

tionem efficiet in alium Regularem, ecclesiasticumve secularem, juris conscium, ut cum Ordinario prosequatur in causa; in qua est procedendum sine omissione alicujus particularis ad iudicium ordinarium praerequisiti, exclusa quacumque formatione in extrajudicialibus, & justificationibus, quae ad perpetuum considerantur; ita ut si defensoris, & ceterorum quorum

manisse. Verba decreti die 3. Martii anno 1598. editi, quae habentur *Decretor. Congregation. Concilii Tom. IX. fol. 55. haec sunt: Gregorius XIII. ex sententia Congregationis Concilii declaravit, eos qui per vim, & metum se Religionem professos praesentarent; nisi intra quinque annos declaraverint, eo lapsi, non esse audientes, tametsi allegarent vim, & metum tempore durasse. At vero procedentibus temporibus, non sine justis gravibusque causis, ut plane persuasum habemus, inductum fuit, ut admitterentur instantiae pro restitutione in integrum adversus lapsum quinque annorum. De quibus tamen iudicium facere ad Apostolicam Sedem semper private peritunt, sive ex parte Professum, sive ex parte Religionis instantiae huiusmodi proponerentur, ac licet ipsa reclamatio oblatum impedimentum per totum quinque annorum perseverans dilata fuisse diceretur. Hoc enim remedium restitutionis in integrum extraordinarium in iure vocatur, cuius concedendi facultas iudicibus inferioribus competere nequit, non obstante quacumque contraria consuetudine etiam immemorabili, aut quolibet asserto privilegio; ut patet ex compluribus in eadem sententia decretis eiusdem Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, quae recensita fuerunt in Decreto edito die 24. Septembris anni 1740. in causa *Sicula restitutionis in integrum*, quod a nobismetipsis die 28. ejusdem mensis, & anni approbatum, & confirmatum fuit, quodque iterum praesentium tenore approbavimus, & confirmavimus; reservato nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus iure concedendi Ordinariis, & Superioribus localibus in quibusdam peculiaribus casibus facultatem examinandi etiam causas restitutionis in integrum, ac desuper promittendi antequam ad sententiam ferendam super professionis validitate aut nullitate deveniant; aut non semel ex Apostolicae Sedis dispensatione factum fuisse non ignoramus. Huius autem iudicii methodus diversa quondam fuit ab ea quae in praesenti observatur. Antiquis enim temporibus, visa probabili ratione, seu fumo ut ajunt, causarum restitutionis in integrum, ea ab Apostolica Sede concedebatur, nimirum facultas indulgebatur reclamantibus adversus professionem, ut licet elapsum esset quinque annorum, nihilominus de illius nullitate coram iudicibus competentibus actionem promovere possent; pro cuius iudicii instructione deinceps a Superiore Regulari, & ab Ordinario loci legitimus conficiebatur processus, atque sententia super validitate, aut nullitate ferebatur. Quae sane methodus, si hoc etiam tempore in usu esset, oporteret Nos eorum praecipue, quae ad huiusmodi iudicium consequentia sunt, rationem habere, ac providere, ne unius tantum sententiae vigore professiones Regulares dissolverentur. Sed alius, hodierno tempore est ordo, qui in praefatis Congregationibus, seu tribunalibus pro concedenda restitutione in integrum adversus lapsum quinque annorum observatur: priusquam super eo quidquam decernatur, committitur Ordinario loci, & Superiori Regulari, ut processum conficiant, eoque demum transmissio, proponitur dubium super concessione restitutionis in integrum, idque non minus accurate, ac severe examinatur, ac si dubium propositum esset super ipsa validitate, aut nullitate professionis. Si autem petita in integrum restitutio concedatur, tunc Ordinario, & Superiori locali committitur, ut sententiam proferant super controversa professionis validitate. Sed quavis in huiusmodi commissionibus plena ipsis relinquatur facultas iudicandi sive pro validitate, sive pro nullitate professionis, prout ipsis iustum visum fuerit, usu tamen comperit, est quod quum*

idem satis noverint quam diligenti, & gravi iudicio apud Sedem Apostolicam discussae fuerint causae, propter quas restitutio in integrum concessa fuit, visio dumtaxat huiusmodi concessionis rescripto, nec ulteriori instituto examinae, ad ferendam pro nullitate professionis sententiam in plurimum sine dubitatione procedunt. Accuratius huiusmodi examen causarum restitutionis in integrum apud Romanam Curiam iudicibus in more positum, non modo non immutare intendimus, verum etiam approbatione nostra singulis, ad quos pertinet, magnopere commendatum ab ipsis imposterum observari volumus, ac jubemus; hoc tamen addito, ut in commissionibus, quae diriguntur Superioribus Regularibus, & Ordinariis locorum pro conficiendis processibus; iisdem sub poena nullitatis actuum conjugatur ut in omnibus procedere debeant cum interventu Defensoris professionis: ad quem nimirum perhibebit interrogata dare iuxta quae examinari debebunt testes, aliaque ad officium sibi impositum pertinentia, diligentissime prestare. Item volumus, ut in ipsa propositione dubii super concessione restitutionis in integrum, tam in praefatis Cardinalium Congregationibus Concilii Tridentini interpretationi, & Episcoporum, ac Regularium consultationibus praepositi, quam in Auditorio Rotae, aut in quacumque Congregatione pecuniarum forsitan deputata, sub simili nullitatis poena Defensor professionis, ab eo, qui tribunalis caput est deputatus, expensis eorum de quibus supra semper, & in omnibus actibus in iudicio stare debeant, neque solum in prima huiusmodi dubii propositione sed etiam in ulterioribus, quatenus reclamans in prima rejectus ad novam audientiam admittatur. Denique, ut pro fruendo beneficio restitutionis in integrum unica favorabilis resolutio nequaquam sufficiat, nisi ea per secundam conformem, iterato causae examine, auditoque semper Defensore professionis confirmata fuerit; quemadmodum in altera Constitutione nostra praesentis initio allegata, de causis super nullitate matrimonii constitutum: Nos enim praesentium tenore decernimus, ac sub poena adversus Apostatas sanctis districtè prohibemus, ne quis sub clypeo unicae resolutionis in integrum obtenta, a Religionis claustris migrare, multoque minus habitum Regularem deponere audeat seu presumat; quum ad praedictas poenas declinandas, altera resolutio sub restitutione in integrum priori consentanea, & sententia super nullitate professionis a Superiore Regulari, & ab Ordinario ferenda spectari omnino debeant; nec nisi per huiusmodi sententiam a praedictis iudicibus, praevii duabus resolutionibus pro concessione restitutionis in integrum legitime latae, iudicium absolutum censeatur. Quae omnia si ita observantur, ut a Nobis constituta sunt, utque omnibus ad quos pertinet, ac pertinere imposterum, sedulo observanda, & implenda a Nobis praescribuntur, & enixe inculcantur; profectò non dubitamus quin multo rariores imposterum futurae sint instantiae, & contentiones eorum, qui vel intra quinque annos a die professionis emissa, vel etiam eo elapso susceptum Religiosae vitae institutum relinquere aditantur. Ad hoc autem certius obtinendum magnopere contuleri, si a Superioribus quoque Regularium Ordinum in Novitiorum admissionibus ea observantur, quae & in eorum constitutionibus, & in decretis fel. record. Clemens. Papa VIII. Praedecessoris nostri statuta sunt; quae quae omnia ab ipsis plenissime observari, & impleri Nos pariter ipsis praecipimus, ac jubemus; tum etiam si ipsi minus facile consensum suum praebuerint, ut admittantur, ad pro-

- 17 Quinta est Aeromantia, & quid sit.
- 18 Sexta est Pyromantia, & quid sit.
- 19 Septima est Chiromantia, & quid sit.
- 20 Octava est Spatulomantia, & quid sit.
- 21 Nona est Metoposcopia, & quid sit.

- 22 Decima est Pedomantia, & quid sit.
- 23 Undecima est Physiognomia, & quid sit.
- 24 Duodecima est Onyromantia, & quid sit.
- 25 Tertiadecima est Astrologia iudiciaria, & quid sit.
- 26 Quattordecima est Pythonia, & quid sit.

Quin-

terminata, processus non sustinendus; propterea quod absque vitio nullitatis nequit causa terminari, & omni in tempore, sive in prima, secunda, aut tertia instantia, est pro Defensore professionis quivis doctrina, & probitate praeditus, (ut in plurimum Fiscalis curiae ecclesiasticae hoccine munus obtinet) constituendus. Nihil inseritur, casu in quo, intra quinque annos ab emissa professione reclamatio nullitatis non praese-

professionem Tyrones, sive qui aetatem quidem a Concilio praescriptam compleverint, at non ad eam pertingerint, quae a constitutionibus Ordinis statuta est; sive illi, qui licet annum novitatus expleverint ad normam Concilii, adhuc tamen ulterius in eo manere deberent iuxta praescriptum suarum peculiarium constitutionum, multoque magis illi, qui nec per integrum annum sed per octo, aut sex menses dumtaxat tyrocinium posuerunt: ac demum si ipsi Superiores haud se interponant, neque curabunt, ut Professi ante legitimam aetatem ad Ordinem Sacros promoveantur. Quaecumque enim, sive in sacris canonibus, ut Pontificis constitutionibus, sive in peculiaribus Ordinum statutis, circa praemissa providè constituta sunt, non parum habent momenti ad religionem vocationem in hominum cordibus stabilendam, & ad cohibendam versatiliem animum mobilitatem, quae ut plurimum aut sola, aut potissima causa est, qua Professi adducuntur, ut vota, quibus obstricti sunt, irrita declarari cupiant. Neque verò Apostolica Sedes ulla unquam dispensatione in praemissis concedere consuevit, nisi praevio assensu, ut etiam accedentibus precibus Superiorum Regularium, quibus nempe aequum, & necessarium est fidem adhiberi in expositione causarum, quas urgere assentur pro concedendis dispensationibus, quae petuntur. Illud autem nullo modo ferri, aut probari potest, quod tamen apud plerosque invaluisse constat, ut scilicet reclamantibus adversus professionem sive post ejus decursum, Superiores ipsi contraditores sese non exhibeant, ut etiam aperte suffragentur; ex falsa nimirum opinione, quod Religiosorum virorum societate indignus censendus sit quicumque ab ea discedere exoptat; quodque ex inutili Monacho utilis factusse Clericus secularis existere possit. Numquam enim licitum est iustitiam deserere aut proderi, quae jubet omnium rationi sustineri actum adeo solemnem, & naturae suae irrevocabilem, in quo perficiendo, una cum Professo, ipsa quoque Religio intervenit. Ad praedictum finem praeterea quam maxime proderit si & Ecclesiastici Praesules, & Iudices debitas officii sui partes expleant non praetermittunt. Ecclesiarum quidem Praesules, sic anathemati subiectos declarabant omnes, & singulos cujuscumque qualitatis, conditionis, & dignitatis fuerint, qui virgines, aut viduas, seu alias quascumque mulieres invitatas, praeterquam in casibus in jure expressis, coegerint ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque Religionis, vel ad emittendam professionem; iuxta Sanctionem Sacrae Tridentinae Synodi *sess. 25. cap. 18. de Regul.* ubi etiam patres censurae statuunt adversus eos, qui in huiusmodi factis consilium, auxilium, vel favorem dederint; ac si omnes similiter, quoquoque ausi fuerint compellere viros ad ingrediendam Religionem, & vota profertenda, iustis, gravibusque poenis afficiant. Iudices vero si falso ante omnia deposito praedictio, quod nonnulli arbitrantur latissimum viam, quoad fieri potest, aperientiam esse illis, qui inde migrare cupiunt, ubi invito animo commorantur, ad exactam iustitiae lancem expendunt, & numerum & qualitatem testium, qui ad comprobendam nullitatem professionis inducuntur, & vim majorem a minori, metum gravem a levi, debilem a constanti sexu, interclusam a permixta reclamandi facultate discernunt, aliasque omnes circumstantias sedulo animadvertunt, quae in hoc toto rerum genere ab Auditoribus considerari solent. Itaque praedictis omnibus, & singulis gravissime denuntiamus, districtèque praecipimus

ut in cunctis quae ad eorum officia pertinent, a iustitiae tramite, & a praescriptis sibi legibus ne minimum quidem discedant, ac meminerint omnium, quaecumque gesserint, severissimam sibi rationem tum apud Divinum Iudicem, tum apud homines reddendam fore. Nos vero, si placuerit valerudinem Nobiscum vita servare, non parum opere conferri intendimus, quod planius, atque facilius de causis huius generis ab ipsis imposterum iudicari valeat. Si quidem Nobis propositum est cum consilio dilectorum virorum in theologia, & canonica facultate praestantium nonnullas quaestiones accurate examinare, ac dirimere, quae, variis Scriptorum opinionibus factatae, & varias species induentes, iuxta diversas occurrentium casuum circumstantias accipites, atque sollicitos detinere solent iudicantium animos; ut Nobismetipsis in minoribus olim constitutis non semel evenisse meminimus, quum pro munere Secretarii praefatae Congregationis Cardinalium Conc. Trid. Interpreterum huiusmodi causas ad regulam juris exigendas praemanibus haberemus. Eiusmodi sunt exempli causa quaestiones: Utrum professio, quamvis initio nulla fuerit, per subsequentes tamen actus convalidetur; quum sint actus ex quibus huiusmodi convalidatur, seu ratificatio inducatur: & quid momenti habeat ad hunc effectum susceptio Sacrorum Ordinum ad titulum Religiosae paupertatis. Praeterea si quis forte ante legitimam aetatem ignorans professionem emisit, & in ea ignorantia per plures annos in Religione permanserit; quae valide Professum existimans, ea omnia, quae Professorum sunt, una cum sociis praestiterit, an hic deinde intelligens qua aetate vota emisit, non obstantibus actibus veri Professi à se gestis, adhuc praefate ignorantiae praesidio actionem habeat ad reclamandum adversus professionem à se factam; an verò talis ignorantia nihil eidem suffragetur quominus professionem initio nullam per subsequentes actus ratam habuisse censeatur. Item, an Professus, qui in professionis actu impedimentum aliquod, sive defectum occultavit, de quo interrogatus fuit, addita declaratione ad formam constitutionum quod scilicet Religio ipsum cum huiusmodi defectu, aut impedimento forsitan occultato admittere non intendebat; an, inquam, talis Professus, qui Religioni dolum struxit eiusmodi commodum ex propria fraude desumere possit, ut validitatem suae professionis ex eo capite impugnare valeat. Denique, an ullam vim habere debeat in foro externo ad suadendam Iudici nullitatem Professionis, quod reclamantes Professi asserere saepe non dubitant, se in proferendis Religiosis votis mentem servasse alienam a proposito se obligandi. Haec omnia aliaque similia in huiusmodi iudiciis frequenter occurrentia, & in utramque partem hactenus disputata, tum nostro, tum aliorum, quos, ut supra diximus, in consilium advocaverimus, diligentissimo studio, Deo adjuvante, explanare deliberavimus. Interim praesentes literas, cum omnibus, & singulis in ipsis decretis, atque statutis firmas, validas, & efficaces existere, ac perpetuo fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari volumus, & decernimus. Sique & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, praedictasque S. R. E. Cardinalium Congregationes generales, & particulares, aliosque ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & S. Sedis Nuntios, aliosque quoslibet qua-

- 27 *Quintadecima est Augurium, & quid sit.*
 28 *Sextadecima est Auspicium, & quid sit.*
 29 *Decimasextima est Omen, & quid sit.*
 30 *Decimoseptima est Aruspicium, & quid sit.*
 31 *Decimanonata est Oraculum, & quid sit.*
 32 *Vigesima est Sortilegium, & quid sit.*
 33 *Sortes sunt triplices, nempe divinatory, consultoriae & divinatoriae.*
 34 *Sortes divinatory quae sint.*
 35 *Tales sortes graviter prohibentur, & inter alia afferuntur ad id constir. Sixti V.*
 36 *Sortes consultoriae quae sint, & an sint prohibita.*
 37 *Sortes divinatoriae quae sint, & an sint prohibita.*
 38 *Dictarum sortium usus est omnino prohibitus in electionibus ad prelaturas, & officia ecclesiastica, seu electio per sortes ad prelaturas, & officia ecclesiastica, est illicita, & omnino prohibita.*
 39 *Sortilegiorum panes de Jure canonico, si Clerici sint, quae sint.*
 40 *Si Laici, quae sint.*
 41 *Sortilegi tam Clerici, quam Laici sunt infames, & quas penas incurant, si exerceant sortilegia, quae haereticam sapiant.*
 42 *Sortilegiorum panes de Jure civili quae sint.*
 43 *Quis sit Juxta competens sortilegiorum, seu divinatorum.*
 44 *Vana observantia quid sit.*
 45 *Vana observantia quomodo differat a divinatione.*
 46 *Species praecipuae vanae observantiae sunt tres, nempe Ars notoria, Observantia sanitatum, & Observantia eventuum.*
 47 *Ars notoria quid sit.*
 48 *Observantia sanitatum quid sit.*

serit: praemaximè cum si omnia tam vetera quam noviter praeventa, in constitutioneque demandata referrentur, materis extensio fieret, non verò alicujus partis substantialis: propter quod omitti est consentaneum, nulla data in hoc opere literalis ejus contextus omissione.

quacumque praeminentia, auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum culibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & definiti debere; ac nullum, irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus tam causarum forsan ad hunc diem introductarum pendencia, quas quidem causas, in quibuscumque statibus, & terminis de praesenti reperiantur, juxta superius praescripta omnino tractari, judicari, & definiti debere expressè decernimus; quam nostram, & Cancellariae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Decretis quoque, & resolutionibus à praefatis Cardinalium Congregationibus, sive ab Auditorio Rotae praedicti, aut aliis quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus aliis forsan, & aliter factis, conditis, & emanatis; necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborati, statutis, privilegiis, exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore Juris clausis, aut literis Apostolicis, quibusvis personis, Collegiis, Locis, Ordinibus etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, & S. Joann. Hierosolymitani, aliisque quibuslibet specificis, & individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam clausulis, & decretis, etiam derogatoriis derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, & de Apostolica potestate plenitudine, seu consistorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac pluries confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumdem totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio, seu quavis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, cau-

- 49 *Assignantur in specie Rei hujus Superstitiois, ad num. 50.*
 51 *Refertur Ecclesia dedicata septem Archangelis proprio nomine nuncupatis; licet non omnia Italia nomina in Sacra Scriptura reperiantur.*
 52 *Observantia eventuum quid sit.*
 53 *Assignantur in specie Rei hujus superstitiois.*
 54 *Regula prima ad cognoscendas veras superstitioes culpabiles.*
 55 *Regula secunda ad 10. num. ad 64.*
 65 *Maleficium unde dicitur, & quid sit.*
 66 *Maleficium est duplex, nempe veneficum & amatorium.*
 67 *Maleficium veneficum quid.*
 68 *Maleficium amatorium quid sit.*
 69 *Numquam licet rovere maleficium novo maleficio, sique qui id petit, vel juvet, graviter peccat.*
 70 *Item graviter peccat, qui petit à Mago, seu Saga, aut alio, ut maleficium solvat, si sciat non nisi per aliud maleficium dissolvi posse.*
 71 *Item graviter peccat, qui petit, seu jubet dissolutionem Maleficio, si dubitet, an solvi possit sine novo maleficio.*
 72 *Immo neque id licet permittere, quamvis maleficus sese offerat non rogatus ad maleficium dissolvendum alio maleficio.*
 73 *Quando constat, quod maleficus potest licito modo absque novo maleficio dissolvere, licitum est petere, immo jubere, ut solvat, quamvis suspicetur, aut credatur eum id facturum per novum maleficium.*
 74 *Licitum est ad dissolvendum maleficium adhibere aliud quod signum positum contrarium maleficio ex pacto con-*

sas, & occasiones praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & exactissimè servatis, & specificatis, respectivè habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, & ad praemissorum effectum plenissimè, & amplissimè potu derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus insuper, & eadem auctoritate praedicta mandamus, ut eadem praesentes, & in eis contenta quaecumque ad omnium notitiam facilis deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam praetendere valeat, ipsas praesentes, seu earum transumpta ad valvas Ecclesiae S. Joannis in Laterano, & Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque Generalis Innocentianae in Monte Citorio, & in Acie Campi Florae per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, & affigi; sicque publicata, & affixa, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatae, & notificatae fuissent. Utque earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, sigillo personae in ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum confirmationis, approbationis, voluntatis, mandatorum, statutorum, decretorum, & declarationum infringere; vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram anno Incarnationis Dominicae 1748. quarto Nonas Martii, Pontificatus nostri anno octavo. D. Cardinalis Passionensis. = I. Dataris. = Visa de Curia. = I. C. Boschi. = I. B. Engenius. = Loco Plumbi. Vid. verb. Matrimonium.

- conditionato diaboli; dummodo illud signum de se sit honestum, vel indifferens.
 75 *Verè licitum est sine novo maleficio tollere signa magica.*
 76 *Verè superstitiosi sunt denunciandi, si sua superstitio sit cum expressa, vel tacita demonis invocatione, & sit moraliter peccaminosa.*
 77 *Assignantur praecipuae remedia spiritualia adversus Maleficia adhibenda.*
 78 *Assignantur panes statute contra Maleficos, divinatores, aliosque similes Superstitiosos.*
 79 *Quis sit Juxta competens maleficiorum, divinatorum, sortilegiorum, aliorumque Superstitiosorum.*
 80 *Confessarii de quibus interrogare debeant suos Penitentes maleficos, divinatores, sortilegos, superstitiosos.*
 81 *Confessarii de quibus tales suos Penitentes monere debeant, & quando eos abolere possint, vel non.*
 82 *Quoad ea, quae concernunt Astrologiam Judicariam, remissive.*

SUPERSTITIO, sic dicta, eo quod homines nimium timerent iram Deorum superne imminente, & quasi superstantem, ut ex aliis observat Gobat tom. 3. p. 4. de Superstitioibus num. 896. definitur, quod sit vitium Religiosi oppositum secundum excessum, quo quis divinum exhibet cultum, vel quem non debet, seu modo indebito, vel illi, cui non debet. Ita in re Communis.

Unde Superstitio est duplex, una ratione rei cultae, quae coli non debet, cum scilicet cultus Deo debitus falso Deo, seu Creaturae tribuitur; & alia ratione cultus indebiti, scilicet, cum incongrui, vel inconvenientis, quo verus Deus quidem colitur, sed cultu & modo indebito, tribuendo ei cultum falsum, vel superfluum, aut indecentem contra, vel praeter Ecclesiae consuetudinem, ac praescriptum. Sic in re Doctores Communiter.

Hinc superstitio ratione cultus dividitur in tres species, scilicet in superstitionem cultus falsi, in superstitionem cultus superflui, & in superstitionem cultus indecentis.

Superstitio cultus falsi est Deum colere Judaicis, aut Mahumeticis caeremoniis, ut per circumcisionem, immolationem Agni, & hujusmodi, quae significant Christum adhuc venturum, & nondum venisse; Item falsas reliquias intrudere adorandas, falsa miracula praedicare, aut imprimere, falsas revelationes fingere, & hujusmodi: Et haec superstitio ex genere suo est peccatum mortale, quia gravem injuriam, & irreverentiam irrogat Deo primæ veritati, & Religionem fundat in falsitatibus; quamvis tamen interdum possit in aliquibus excusare ignorantia, & simplicitas. Sic Doctores partim.

Superstitio superflui cultus est Deum colere ritibus, seu caeremoniis ad ipsius Dei gloriam, & ad Spiritus devotionem excitandum non inservientibus, ut in missa plures formare cruces, pluries repetere Alleluja, dicere Gloria, vel Credo contra rubricas, aliasque non praescriptas addere caeremonias: Item missam audire cum certo numero, & ordine cereorum in tali situ, & dispositione corporis, & alia hujusmodi praeter, vel contra consuetudinem, & praescriptum Ecclesiae. Et haec superstitio, secluso scandalo, & ecclesiae contemptu, ac mala intentione agentis, ordinarie est tantum peccatum veniale; quia est materia levis, & actio ex se non mala, & multa excusat simplicitas. Ita Communis Doctores.

Superstitio indecentis est Deum colere verbis, factis, & rebus potius ad ejus offensam, quam ad ejus gloriam, & laudem inservientibus, ut in divinis officiis adhibere Musicam, cantum, tonum, vocem, vestra, gestus, instrumenta, & alia hujusmodi, quae potius ad lasciviam, seu impuritatem provocent, quam Dei laudem, & populi devotionem excitent; & haec superstitio, seclusa magna indecentia, gravi scandalo, prava intentione agentium, & periculo animarum, non est peccatum mortale: Secus autem si talia

intervenirent. Sic Doctores Communiter. ¶ Deum colere verbis, factis, & rebus potius ad ejus offensam, quam ad ejus gloriam, & laudem inservientibus, atque ad lasciviam, seu impuritatem potius provocantibus, quam Dei laudem, & populi devotionem excitantibus; peccatum mortale minime esse, affirmari nequaquam potest, nisi vera Religiosis notio penitus subvertatur. Hinc corrigenda est Auctoris sententia sub hoc numero tradita, nec absque aliqua limitatione suscipienda videntur ea, quae statuuntur sub num. 4. & 5. ¶ Superstitio ratione rei cultae dividitur in quinque species, nempe in Idolatriam, magiam, divinationem, vanam observantiam, & maleficium.

Idolatria est superstitio, qua cultus soli Deo, seu Creatori debitus, tribuitur Creaturae: Unde Apostolus ad Romanos 1. scribit: Servierunt Creaturae potius, quam Creatori.

Idololatria est triplex. Prima est Idololatria externa simul & interna, quoad existimationem, & effectum; & est, cum quis & intellectu existimat erroneo Creaturae aliquid inesse Divinitatis; & voluntate intendit eam colere; & hac est Idololatria perfecta, & semper conjuncta cum infidelitate, sicque duplex peccatum mortale includit, infidelitatis contra fidem, & superstitionis contra Religionem. Nec absolvi potest à Confessario non habente specialem facultatem absolventi ab haeresi. Secunda est Idololatria externa simul, & interna quoad effectum tantum, non quoad existimationem; & est, cum quis cognoscit quidem Idolis nihil inesse Divinitatis; & unicum tantum ac verum Deum agnoscit, & confitetur, se tamen ex pravo affectu, cupiditate nempe aliquid à diabolo impetrandi, Idolis, vel ipsi demoni voluntarium cultum externum tantquam Deo defert, qualis ordinarie est Idololatria, seu potius demonolatria Sagarum, & Magorum: Et ob hanc Idololatriam non incurritur Excommunicatio in Bulla Coenae, sed solum excommunicatio lata à Joanne XXII. non reservata Pontifici, ut habetur in directorio Inquisitorum: adeoque à quovis legitimo Confessario absolvi potest, ut notat Sporer tom. 1. tract. 2. in 1. precept. decalog. cap. 9. sess. 1. num. 4. Tertia est Idololatria externa, & simulata tantum; & est, cum quis absque existimatione Divinitatis, & sine ullo affectu interno colendi aliquid pro Deo, ex timore tormentorum, & mortis, Idolo, seu demoni exteriori tantum exhibet cultum Deo debitum, v. g. Sacrificium thuris, ut fuit Idololatria S. Marcellini Papae, & aliorum; Marcellini autem in Idololatriam lapsus purum putumque esse figmentum, ex Donatistis inventum ad invidiam creandam in Romanis Pontificibus, nemo est hodie, vel mediocriter in ecclesiastica historia versatus, qui id ignoret. Confer praeter ceteris Nat. Alex. dissert. 20. in H. E. sec. 3. & Cardinalem Orsi H. E. l. 9. num. 41. & haec Idololatria, quamvis sit tamen materialis, cum careat affectu interno colendi aliquid pro Deo, est tamen gravissimum peccatum mortale contra debitam professionem externam Fidei, & contra virtutem Religionis; Potest vero absolvi à quolibet legitimo Confessario.

Magia est duplex, nempe naturalis, & superstitiosa, seu diabolica. Magia naturalis est ratio quaedam, seu facultas operandi mira per vires rerum naturalium occultas absque ope demonis: Et haec non est superstitionis species, quamvis tamen ut periculosam ex eo, quod diabolus facile se illi immisceat, adeoque sensim ad superstitionem manucentem diligenter cavendam esse merito censeant graviores sanioresque Doctores.

Magia superstitiosa, seu diabolica, est ratio quaedam, seu facultas operandi mira, ope, & ministerio demonum per signa ab ipsis instituta; Communis. Magia superstitiosa est ex genere suo peccatum mortale gravissimum, quia continet expressam, vel tacitam demonis invocationem, ac proinde benevolentiam erga ipsum, & confederationem, ac societatem cum ipso: Est autem Deo summe injuriosum, quod ipso relicto ad demonem perpetuum ejus hostem recurratur, & cum eo societas ineatur. Communis.

- 12 Divinatio est superstitiosa inquisitio, aut predictio alicujus occulti per invocationem, & disciplinam demonis; Est in re Communis.
- 13 Divinatio superstitiosa fit semper per pactum expressum, vel implicitum cum demone, pluresque continet species, quæ hic assignantur.
- 14 Prima Divinationis species est *prestigium*, cum demon nempe quibusdam apparitionibus prestigiosis in imaginibus; aut corporibus aliunde apportatis, vel compactis ex aere, se oculis, aut sensibus hominum ingerit ad occulta pronuntianda.
- 15 Secunda est *necromantia*, quæ est divinatio facta per fictas mortuorum suscitationes, vel locutiones, adhibitis certis verbis, aut signis, quibus mortui videntur resurgere, loqui, & docere occulta.
- 16 Tertia est *geomantia*, quæ est divinatio facta per certa signa, & puncta in corporibus terrestribus, ut lapide, ligno, charta, & hujusmodi.
- 17 Quarta est *hydromantia*, quæ est divinatio facta per signa apparentia in aqua.
- 18 Quinta est *aeromantia*, quæ est divinatio facta per signa apparentia in aere.
- 19 Sexta est *pyromantia*, quæ est divinatio facta per signa apparentia in igne.
- 20 Septima est *chiromantia*, quæ est divinatio facta ex manuum lineis.
- 21 Octava est *spatulomantia*, quæ est divinatio facta ex spatulæ signis, quibus occulta de statu hominis præsentis, vel futuro divinantur.
- 22 Nona est *metoposcopia*, quæ est divinatio facta per signa frontis.
- 23 Decima est *pedomantia*, quæ est divinatio facta per inspectionem pedum.
- 24 Undecima est *physiognomia*, quæ est divinatio facta ex totius hominis signis.
- 25 Duodecima est *onyromantia*, seu *onyrocritica*, quæ est divinatio facta ex somniis habitis.
- 26 Tertiadecima est *astrologia Judiciaria*, quæ est divinatio facta ex situ, motu, ac positione astrorum, & planetarum de venturis ex libera hominis voluntate pendentibus.
- 27 Quartadecima est *pythonia*, & est, cum diabolus ex pacto docet occulta per homines arreptitios.
- 28 Quintadecima est *augurium*, & est, cum ex hominis, animalium, & avium vocibus, cantu, garritu, sterutatione, & hujusmodi divinantur occulta.
- 29 Sextadecima est *auspicium*, & est cum ex volatu avium occulta divinantur.
- 30 Decimaseptima est *omen*, & est divinatio facta ex hominum vocibus, casu, & præter intentionem prolatis.
- 31 Decimoctava est *arsuspitium*, & est, cum per signa apparentia in arteriis, seu intestinis Sacrificatorum animalium demon responsa dat, ut fiebat apud Gentiles, qui ipsum demonem consulebant per sacrificia animalium.
- 32 Decimanona est *oraculum*, & est, cum demon consultus per preces coram idolis perfratas responsa dat per ipsa Idola, ut frequentissimus erat apud Gentiles, qui per Idola demonis *Oracula* recipiebant.
- 33 Vigesima est *sortilegium*, nomine cujus quamvis generatius loquendo veniant omnes *superstitiones*, *divinationes*, & *magia*, ut recte advertunt Engel lib. 5. *Decretal. tit. 21. num. 1. Reiffenstuel ibid. num. 1.* & alii, proprie tamen, & specialius loquendo *sortilegium* est divinatio, qua per *sortes divinatorias*, & falsa signa ope demonis futura, vel occulta manifestantur. Ita in re Communis.
- 34 Notanter autem dicitur per *sortes divinatorias*, quia triplices sunt *sortes*, nempe *divinatorie*, *consultoriae*, & *divisorie*. Sic *Doctores communiter*.
- 35 *Sortes divinatorie* sunt illæ, quibus occultorum, seu futurorum manifestatio, vel consilii alicujus directio petitur per media vana, & impertinentia minime ad Deum relata, & consequenter ad demonem, pacto expresso, vel tacito; & hæc sortis passim sumuntur pro divinationibus, sortilegiis, aut maleficiis, indeque ut vere superstitiosæ, & illicitæ graviter prohibentur tum

Jure divino Exod. cap. 22. n. 8. Levit. cap. 19. n. 31. & cap. 20. num. 6. & 27. Deuterom. cap. 18. num. 10. cum seq. & sæpe alibi: Tum Jure canonico in c. Illud 6. c. Qui sine 7. c. Illos 8. c. Sed & illud 9. caus. 29. q. 2. c. Si quis Ariolus 1. c. Qui divinationes 2. c. Non licet 3. c. Non oportet 4. c. Si quis Episcopus 5. c. Aliquantum 6. c. Sortes 7. c. Pervenit 8. c. Si quis Clericus 9. c. Contra 10. c. Auguris 11. c. Episcopi 12. caus. 26. quest. 5. c. In tabulis 1. & c. Ex tuarum tenore 2. de *Sortilegiis*, (Vide verb. Astrologia) & const. Sixti V. incip. Cœli & terræ: quæ ut ad rem multum faciens, hic ad literam datur.

SIXTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Cœli, & Terræ Creator Deus, quem unum Omnipotentem corde credimus ad justitiam, & ore confitemur ad salutem, etsi homini, quem ad imaginem, & similitudinem suam creavit, mentem dederit, quæ non solum divino Fidei lumine illustrata mysteria illa cognosceret, quæ humanam intelligentiam superant, sed etiam naturæ suæ vi, magno licet cum labore, præclara multa investigaret, atque intelligeret, tamen ut superbum animal homo non nullum saperet, sed timeret, & immensam Conditoris sui Majestatem humi stratus veneraretur, sibi soli eorum, quæ eventura sunt, scientiam, & futurarum rerum cognitionem reservavit. Solum enim ipse, cuius oculus omnia vult, & aperta sunt, & ad internas hominum cogitationes penetrat, & consequentes eorum actiones intuetur, solus ipse, qui vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt, omnia præsentia, & ante oculos posita habet, solus denique omnia, & singula quæcumque totius temporis decursu, & secularum ætatibus futura sunt, ab omni æternitate novit, & admirabili providentia disposuit, quæ non modo humanæ mentis imbecillitas ignorat, sed nec demones ipsi præsentire possunt. Quare Idolorum in futuris annunciandis falsitatem, & imbecillitatem, & eorum, qui eis cultum adhibebant, vanitatem irridet Spiritus Sanctus apud Isaiam illis verbis: Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & scimus, quia Dii estis vos, & in novo Testamento Christus Dominus Discipulorum suorum de futuris eventibus paulo cupidius inquisitionem interrogationem gravi illa responsione retulit, quæ etiam omnium fidelium suorum curiositatem coercuit: non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Nec vero ad futuros eventus, & fortuitos casus prænoscedos (futuris eventibus, ex naturalibus causis necessario, vel frequenter provenientius, quæ ad divinationem non pertinent, dumtaxat exceptis) nullæ sunt veræ artes, aut disciplinæ, sed fallaces, & vane improborum hominum astutia, & demonum fraudibus introductæ, ex quorum operatione, consilio, vel auxilio omnis divinatio dimanat, sive quod expressæ ad futura manifestanda invocentur, sive quod ipsi pravitatē suæ, & odio in genus humanum occulte etiam præter hominis intentionem se ingerant, & intrudant vanis inquisitionibus futurorum, & mentes hominum perniciosè vanitatibus, & fallaci contingentium prænuntiatione implicentur, & omni pietatis genere depraventur. Quæ quidem ipsis cognita sunt, non divinitate aliqua, nec verâ futurarum rerum scientia, sed naturæ subtilioris acuminē, & aliis quibusdam modis, quos hominum obtusior intelligentia ignorat. Quomobrem dubitandum non est, in hujusmodi futurorum contingentiis, & fortuito eventuum inquisitione, & præcognitione, diaboli operationem se fallaciter immiscere, ut sua fraude, ac dolis miseris homines à via salutis avertat, & laqueo damnationis involvat. Quæ cum ita sint, nonnulli hæc fideliter, & religiose, ut debent, non atten-

entes, sed curiosa sectantes, graviter Deum offendunt, errantes ipsi, & alios in errorem mittentes: tales in primis sunt Astrologi olim *mathematici*, *gemmetriaci*, & *planetarii* vocati, qui vanam, falsamque syderum, & astrorum scientiam profitentes, divinamque dispositionis ordinationem suo tempore revelandam præventer audacissime satagentes, hominum nativitates, seu genituras, ex motu syderum, & astrorum cursu metuntur, ac judicant futura, sive etiam præsentia, & præterita occulta, atque ex puerorum mortu, & natali die, sive quavis alia temporum, & momentorum vanissima observatione, & notatione de uniuscujusque hominis statu, conditione, vitæ cursu, honoribus, divitiis, sobole, salute, morte, itinere, variis discriminibus, aliisque prosperis, & adversis casibus, & eventibus præcognoscere, judicare, & affirmare temere presumunt, non sine magno periculo erroris, & infidelitatis, cum Sanctus Augustinus præcipuum Ecclesiæ lumen, eum, qui hæc observat, qui attendit, qui in domum recipit, qui interrogat, christianam fidem, & Baptismum prævaricasse affirmet, ut illos merito Apostolus arguat, atque increpet illis verbis; dies observatis, & menses, & tempora, & annos, timeo vos, non forte sine causa laboraverim in vobis. Hi igitur levissimi, & temerarii homines in miserandam animarum suarum ruinam, grave fideliolum scandalum, & christianæ fidei detrimentum futurorum rerum eventus, & quæcumque prospere, vel adverse obventura sunt, ac actus humanos, ea demerique, quæ cum ex libera hominum voluntate proficiunt, astris, syderibusque adscribunt, eisque eam facultatem, vim, seu virtutem, & efficaciam tribuunt futura significandi, & ad præcognita ita inclinandi, ut sic omnino, nec aliter ventura sint, atque ob eam causam de his rebus omnibus judicia facere, pronostica, prædictiones, & præcognitiones, sibi assumere, & palam venditare non dubitant; quibus pauci rudes, & imperiti, alique nimis creduli, & imprudentes tantam fidem præstant, ut ex hujusmodi judiciorum, & prædictionum præscripto aliquid certo esse credant, aut sperent, quorum sane, & mendacium magistrorum temeritas, & infelicium discipulorum credulitas magnopere deploranda est, qui vel divinis literis admoniti non intelligunt nominis præstantiam, cui cœli, & stellæ, & clarissima cœli sydera, Sol, & Luna, Deo ita disponente, non immerant, sed inserviunt; sic enim Moyses populum Dei, ut hunc errorem caveret, præmonerat; Ne forte elevatis oculis ad cœlum, ut videas Solem, & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus, adores ea, & colas, quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt. Sed quid sydera mirandum est homini cervo? nonne nobilissimæ Intelligentiæ Angeli ipsi omnes sunt administratores Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? nam rationabiles oves, quæ diligit Deus, ut non solum Episcopus, quemadmodum à S. Ambrosio scriptum est, ad tuendum gregem ordinaverit, sed etiam Angelos destinaverit. Præclare etiam S. Hieronymus. Magna dignitas animalium, ut unaquæque habeat ad ortu nativitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Quod si Angeli homines custodiunt, quid adversus Angelorum custodiam, & tutelam astra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipsis Angelis nullo modo sint comparanda? Nec sane hoc loco prætereunda est eximii Ecclesiæ Doctoris, & Beatissimi Pontificis Magni Gregorii sententia, qui Priscillianistas Hæreticos unumquemque hominem sub constitutionibus stellarum nasci putantes, in quo rerum, & verborum pondere confusat, Absit, inquit, à fidelium cordibus, ut aliquid esse fatum dicant; vitam quippe hominum solus hanc conditor, qui creavit, administrat; neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter hominem factæ sunt; & si stella fatum hominis esse dicitur, ipsis suis ministris subesse homo perhibetur. Utinam insani ho-

mines hæc saperent, & intelligerent, ac Dei monitis obtemperarent in Levitico dicens: Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitiemini, ut polluatimini per eos. Neque enim quæ christiana, & vera pietas repellit, ac damnat, tanto studio investigarent, visdemque misere se decipi, atque irretiri paterentur. Sunt etiam inanes quidam homines, & curiosi, vel impij, & irreligiosi, qui futurarum, & occultarum aliarum rerum notitiam adeo anxie habere student, ut nob eadem prænosceda, & investiganda, in divinæ legis offensionem multipliciter incurrant. Alii enim geomantiæ, chiromantiæ, necromantiæ, aliisque sortilegiis, & superstitionibus non sine demonum saltem occulta societate, aut tacita passione, operam dant, seu illis, ac sortibus illicitis taxillorum, granorum triticorum, vel fabarum jactu uti non verentur. Alii vero aliquas pristinæ, & antiquatæ, ac per Crucis victoriam prostratæ Idololatriæ reliquias retinentes quibusdam auguris, auspiciis, similibusque signis, & vanis observationibus ad futurorum divinationem intendunt. Alii autem sunt, qui cum morte factus ineunt, & pactum faciunt cum Inferno, qui similiter ad occultorum divinationem, & inveniendos thesauros, vel ad alia facinora perpetranda, etiam expressa cum diabolo pactio facta in manifestam suarum perniciem animarum, nefarias magicæ artis incantationes, instrumenta, & veneficia adhibent, circulos, & diabolicos characteres describunt, demones invocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt, eis preces, & thuris, aut aliarum rerum suffimenta, seu fumigationes, alibi sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus sacris, vel Sacramentis, aut Sacramentalibus sacrilege abutuntur, adorationibus, genuflexionis, aut quævis alia impietatis obsequia præstant, cultum, venerationemve tribuunt; aut anulum, seu speculum, aut parvas phylas sibi fabricant, aut fabricari curant, ad demones in eis alligandos, seu includendos, ut putant, ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alii præterea etiam in corporibus obsessis, vel sympathicis, & phantasticis mulieribus demones de futuris, vel occultis rebus, ut factis exquirunt, ut merito ab his, quos Dominus in evangelio tacere imperavit, vanas, mendacesque referant responsiones. Alii quoque præstigiatores, frequentius vero mulierculæ quædam superstitionibus deditæ in phyalis, seu vasculis vitreis aqua plenis, vel in speculo, accensis candelis etiam benedictis sub nomine Angeli Sancti, & Albi, diabolum omnium malorum satorem supplices adorantes, vel in unguibus, aut palma manus quandoque etiam oleo perunctis eundem omnium fallaciarum Architectum orant, ut similiter futura, vel occulta quævis per spectra, & apparentes imagines, phantasticas visiones sibi ostendat; aut ab eodem patre mendacii diabolo aliis incantationibus, aut variis superstitionibus observationibus, futurorum, & occultorum hujusmodi veritatem quærent, & hominibus prædicere contendunt. Quorum omnium quos supra enumeravimus, consimilis impietas parem exitum habet, nimirum quod demones præstigiis, & dolis, tum qui divinant, tum qui divinationem expetunt illis, ac delusi miserime reperiuntur. Itaque cum futuros eventus in se ipsis considerare, antequam fiant, sit Dei proprium, illud necessario consequitur, ut Astrologi, & alii prædicti, qui hujusmodi futura prænuntiare, aut prænoscere quocumque modo, nisi Deo revelante, videntur, injuste, atque imprudenter, quod Dei est, sibi assumant, & usurpent. Sic fit, ut dum ab eis, quod solius est Creatoris, perperam creaturis tribuitur, Divina Majestas graviter lædatur, Fidei integritas violetur, & animabus pretiosis Christi Sanguine redemptis pestis, atque exitium importetur.

§. 2. Et licet jam pridem regulis Indicis librorum prohibitorum ex decreto Sacri generalis Trid. Conc. confecto, illud inter cetera constitutum fuerit, ut Episcopi diligenter providerent, ne hujusmodi astrologiæ Judiciariæ libri, tractatus, & indices legerentur, vel